



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1620 usque ad annum 1623

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118855**

§. 14. Sigismundus Poloniæ Rex a Parricida vulneratus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67344](#)

Sæc. XVII. ad defensionem necessariis, & bello in  
 A. C. 1620. hostilem Regionem inferendo deliberetur. IV. Instauretur avitum Polonorum cum Silesiis fœdus, eo vel maxime, quia Silesii milites Regias literas intercepissent, & in Poloniā prædatum excurrissent. V. De Livonia a Suecorum incursibus vindicanda, necnon an Smolenscum contra Moscovitas sit defendendum? deliberetur. Denique VI. De sumptibus ad bellum necessariis mature prospiciatur.

## §. XIV.

*Sigismundus Poloniæ Rex a Parricida vulneratus.*

*Jäger.* Priusquam Sigismundus Rex exteri  
*Hist. Eccl.* hostis violentia plene defunctus es-  
*l. 10. c. 11.* set, domi præsentaneum vitæ pericu-  
*Letich. rer.* lum ægre eluctatus est; cum enim Mi-  
*Germ. p. 225.* chael Piecharsius Nobilis Polonus, vel  
*Brachel. Hist.* lib. I. ut alii volunt, Russus, ob mentis im-  
*Piasc. chron.* potentiam quosdam Curatores patri-  
*p. 404.* monio suo gubernando a Rege accepis-  
 set, id Nobili Polono injuriosum esse  
 ratus, ipsa etiam Regis morte vindi-  
 ctam sumere statuit. Igitur decima  
 quinta Novembbris Regem, ad ædem  
 sacram magno comitatu euntem, dum  
 fors Filium suum colloquio cum Pro-  
 ceribus detentum præstolatur, in ipso  
 Templi

Templi vestibulo e latebris forium re- **Sæc. XVIL**  
pente prosiliens priusquam animadver- **A. C. 1620.**  
teretur, in caput ferit, læsio duntaxat  
humero, eoquod mitra pellibus suf-  
fulta, qua Regis caput tectum erat,  
ictus impetum fregisset: Hoc viso Par-  
ricida ictum summa celeritate repetit,  
ejusque dexteram maxillam oculum  
inter & tempora militari sua securi per-  
cutit. Rex periculo ac metu conter-  
ritus, Jesu nomen inclamat, quod ex  
Marescallis, qui præibant, audiens  
non nemo, mox parricidam baculo cæ-  
dit, velocius autem accurrens cum  
districto acinace Regis Filius nefarium  
hunc hominem in terram prostrat, se-  
vere inhibens, ne interficeretur. Spar-  
so interim in vulgus rumore, Regem  
fuisse trucidatum, tam ingens excita-  
batur tumultus, ut Regina ex Orato-  
rio suo prospiciens, præ consternatione  
animo deficeret, totaque urbs in mu-  
tuas cædes ruere timeretur; unde  
aucto tumultu duo Præsules ab accur-  
rente populo protriti fere & conculcati  
fuere. Nil ergo opportunius erat, quam  
ut non modo Proceres plebem de vita  
Regis certam redderent, sed & Rex  
ipsem se ei ad fenestram ostenderet.  
Parricida vero in arcem abductus, ac  
quæstioni subjectus, nullos hujus cri-  
minis socios habuisse, sed solum hoc  
ne-

E 2

Sæc. XVII. nefas concepisse fatebatur, unice con-  
 A. C. 1620. questus, quod Regem vita privare non  
 potuisset: Igitur in eum sententia ejus-  
 modi pronuntiata est, ut candente ali-  
 quoties forcipe concerptus, veniam a  
 Deo, Rege & Nobilitate, populoque  
 omni peteret, ac demum dextera, di-  
 gitisque sinistris mutilatus, quatuor e-  
 quis discerperetur, quod etiam suppli-  
 cium die vigesima septima Novembris  
 subiit, corporis partibus in ignem, &  
 cineribus in Vistulam fluvium projectis.  
 Ex bonis ejus fisco addictis prædium  
 unum Adamus Calenskius obtinuit,  
 quia Regem in deliquio cadentem pri-  
 mus sublevaverat.

## §. XV.

*Petrus Bertius a Calvinismo ad fi-  
dem Catholicam reversus.*

*Balduin.* *Hoc item anno Petrus Bertius Lug-*  
*Chron. Mo-* *duni Batavorum celeber inter Ar-*  
*rale. p. 1258.* *Arnoldi hist.* *minianos Professor, desertis Calvini*  
*Hæret.* *castris, in quibus a prima infantia mi-*  
*Weism. Hist.* *litaverat, ad Romanæ Ecclesiæ gre-*  
*Eccl. p. 742.* *mum Parisiis reversus est, habita pu-*  
*Meteran.* *blice oratione, typisque paulopost e-*  
*Hist. Belg.* *p. 328. l. 41.* *dita, in qua suæ mutationis caussas*  
*succincte exponebat, quas inter præ-*  
*cipue illum ad hunc redditum val-*  
*de commoverat continua Calvinianæ,*  
*alia-*